aliud. quia non competit illa passio per aliud subiectū. sed p alia cām. multo magi faciunt ad scire q̄ demōstratioe particularis vbi plus est de p aliud. demonstrant enī tales demōstrationes passionē de subiecto que est p aliud subm̄ et p alia cām. ¶ Deinde cū dicit (Amplius quā tocunq̄) adducit tertiā rōnē. Circa quod duo faciunt. quia pmo facit qd̄ dictū est. 2<sup>o</sup> remouet quandā cauillationē que fieri posset circa h̄ rōem. ibi (Demōstrabilia igit̄). Dicit ergo q̄ (amplius aut̄ quātocunq̄ vtiq̄ magis est fm̄ p̄tē in infinita cadit) aliq̄ textus h̄nt. in infinita eadē. sed p̄tē est corrupta. vt p̄tē ex alia translatione. demōstratio ergo quanto magis est fm̄ particularia tāto magis cadit sine tanto magis vadit in infinita (v̄lis aut̄) vadit su. vel cadit (in simplex et̄ fines). i. in aliq̄ finitū et̄ v̄nū. et̄ subdit q̄ (est autē). i. p̄tigit (p̄t q̄ sunt infinita nō scibilia) esse su. (p̄t autē q̄ sunt finita scibilia sunt) et̄ q̄ sic est (p̄t vtiq̄ q̄ sunt v̄lia sunt magis scibilia q̄ q̄ sūt fm̄ partē) .i. q̄ particularia. ¶ Notandū aut̄ q̄ infinitū fm̄ q̄ huius ē ignotū. nā illud est notū apud itellctū cuius fines p̄p̄icit. et̄ id̄ intellectus in itelligendo diffinit. diffinire idē est enī q̄ est finire et̄ terminare. v̄n̄ et̄ ipsa diffinitio a p̄ho in multis locis vocat̄ terminus. Accipit. n. diffinitio genus et̄ d̄r̄az q̄ ff. q. termini nāe rei. nā iter ea q̄ si iter fines q̄ d̄r̄ā et̄ iter q̄ d̄r̄ā terminos tota nā rei claudit. vt ex̄ tales fines nō inueniatur aliq̄ de nā rei. si ergo intellectus in itelligendo diffinit qd̄ caret sine subterfugit cognitionē intellectus. p̄pter qd̄ quāto aliquid est magis infinitū tanto est magis ignotū. et̄ q̄to magis finitū tanto magis de se notū. et̄ q̄ v̄lia sunt pauciora et̄ magis finita q̄ particularia ire ī particularia ē ire in infinitū. ire aut̄ ī v̄lia ē ire in aliquid finitū et̄ v̄nū. quare demōstratio v̄lis ē potior particulari et̄ magis faciens scire. ¶ Dubitaret forte aliquis. vtrū sit alia cām quare particularia sunt magis infinita et̄ minus scibilia nisi q̄ sunt plura numero. Dicēdū q̄ mā magis dicit qd̄ infinitū. forma aut̄ magis qd̄ finitū. vnde et̄ mā nō est cognoscibilis nisi p analogiā ad formā. s̄z cōstat q̄ forme quanto v̄liores tanto magis abstracte. et̄ per p̄tēs tāto magis formales. p̄pter quod fm̄ q̄ huius sunt magis finite. quāto aut̄ particulariores minus abstracte. et̄ p̄tēs magis māles et̄ minus notē apud itellctū. s̄z enī forma vt in mā recipit q̄to v̄lior tāto mālior. tū vt p̄siderat abstracta q̄to v̄lior tanto formaliōr. q̄ v̄liora formaliōra sunt finitiora. et̄ p̄tēs magis scibilia: demōstratio ḡ v̄lis magis facit scire. ¶ Deinde cū dicit (Demōstrabilia igit̄) remouet q̄dā cauillationē. posset quis forte dicere q̄ nō scquit̄ q̄ si v̄lia sūt magis demōstrabilia et̄ magis scibilia. q̄ demōstratio v̄lis magis facit scire. id̄ p̄bat q̄ hoc sequitur. nam hec dicunt̄ relatiue. demōstratio d̄r̄ relatiue ad demōstrabile. et̄ scia ad scibile. illa ḡ q̄ sunt magis demōstrabilia et̄ magis scibilia eoz erit potior demōstratio et̄ potior scia. ideo ait q̄ (demōstrabilia igit̄ sunt magis v̄lia. de demōstrabilibus aut̄ magis erit demōstratio) su. magis. et̄ subdit q̄ (ad aliquid enīz similit̄ magis). i. ea q̄ sunt ad aliq̄d s̄li mō se h̄nt ad magis. ita q̄ si v̄nū est magis et̄ aliud. q̄ ḡ sunt magis demōstrabilia illoz ē magis demōstratio. et̄ q̄ magis scibilia illoz potior scia. id̄ ait. q̄ sic ē (dignior ē ḡ) demōstratio (v̄lis) q̄ particularis (qm̄ ipa ē magi demōstratio) q̄ particularis. quia scilicet est de magis demonstrabilibus. ¶ Deinde cū dicit (Amplius si magis p̄ponenda) est su. demōstratio illa (p̄t quā) cognouit (hoc et̄ aliud). i. vniuersale et̄ particularē (q̄ p̄t quā cognouit solū hoc). i. solū particularē (v̄lc aut̄ habens cognouit et̄ particularē. hoc aut̄. s̄ h̄ns

.i. cognoscēs particularē (nō sciuit vniuersale) q̄re (et̄ sic) .i. p̄pter rōem istā q̄rtā vtiq̄ (magis erit p̄ponenda) .i. magis erit app̄cianda su. demōstratio (v̄lis) q̄ particularis. ¶ Notandū aut̄ q̄ sciens oēm mulā eē sterilem scit aliquo mō hanc mulā sterilem. si aut̄ nesciat hoc est q̄ nō p̄tractat non cōsiderat nō iducit hoc particularē ī suū v̄lc. valde ergo modicū deficit ei scia particularis si h̄eat sciam de v̄li. q̄ q̄ modicū deest itellctūs accipit. q̄ si nihil de esse. vt dicit in 2<sup>o</sup> p̄hy. ideo sciens v̄lc dicit̄ scire p̄ et̄ aliud. ideo dicit̄ scire et̄iaz particularē. sed sciens particularis minus ē remotus a scia v̄lis. sciens. n. hanc mulā eē sterilem multū ē lōginquus vt sciat oēs mulā. quia si hec est mula ē sterilis. posset p̄tingere hoc ex̄ aliqua particulari cām. sicut q̄ aliq̄ mulier ē sterilis ex̄ aliq̄ particulari cām. nō tñ oīs mulier sterilis. q̄tūcunq̄ ḡ velit p̄side rare h̄ns sciam de particulari s̄z per hoc posset venire ad sciam v̄lis multū est tñ adhuc lōginquus a tali scia. p̄pter quod merito sciens particularē dicit̄ vniuersale nescire. ¶ Deinde cū dicit (Amplius aut̄) adducit rōnē ḡntā. Circa quod tria facit. q̄ p̄mo facit quod dictū est. 2<sup>o</sup> quod dixerat exponit in terminis. 3<sup>o</sup> q̄ si p̄ modū ep̄i logi narrat q̄liter se habeant rōnes facte dicēs q̄sdā ex̄ eis logicas eē. secūda ibi (Ut si oēs) tertia ibi (S̄z eoz) Dicit ḡ (Amplius aut̄ et̄ sic). i. p̄ istā rōnē ḡntā (vniuersale aut̄ est magis demōstrare) su. q̄ particularē. q̄ (quod est demōstrare p̄ mediū cum sit p̄pius). i. p̄pius (p̄ncipio) su. est magis demōstrare (p̄prime aut̄) su. p̄ncipio (immediatū est. hoc aut̄). i. immediatū (p̄ncipiū ē. si ḡ) demōstratio (q̄ est ex̄ p̄ncipio est) su. potior (ea q̄ nō ē ex̄ p̄ncipio) p̄ns est q̄ demōstratio que (magis ē ex̄ p̄ncipio sit certior ea que est minus. h̄s autē ē vniuersalis) quia vniuersalis est magis ex̄ p̄ncipio et̄ p̄p̄inquoz p̄ncipio q̄ particularis (dignior itaq̄ erit vniuersalis) q̄ particularis. ¶ Dubitaret forte aliq̄s. q̄ dixit q̄ p̄prime aut̄ p̄ncipio immediatū est. et̄ postea dixit q̄ hoc. s̄. immediatū est p̄ncipium. si ergo immediatū est p̄ncipiū non est p̄prime p̄ncipio Dicendū q̄ vt supra diximus immediatū idē est q̄ non p̄ aliud. et̄ idē est immediatū qd̄ idemōstrabile. sic ergo duplex est idemōstrabile. dicit̄ enī nō p̄ aliud vt diximus vel q̄ non est p̄ aliud subm̄. vel q̄ non est p̄ aliam causam. Sic et̄ia duplex est immediatū vel fm̄ subiectū vel fm̄ cām. et̄ duplex est idemōstrabile. vel q̄ non est demōstrabile p̄ aliud subiectū. vel q̄ nō est demōstrabile per alia cām. q̄ ergo triangulus habet tres est immediata p̄positio et̄ nō immediata. et̄ est demōstrabilis et̄ nō demōstrabilis. et̄ est p̄ncipiū et̄ p̄prima p̄ncipio. immediata est enīz et̄ idemōstrabilis p̄ subiectū. q̄. n. triagulus habet tres non p̄t demōstrari p̄ aliud subm̄. est enī triagulus immediatū subm̄ talis passionis p̄t tñ demōstrari p̄ alia cām. et̄ hoc mō est p̄positio immediata. talis ergo p̄positio q̄ triagulus h̄z tres est p̄ncipiū in demōstratioe particulari. vbi demonstrat̄ per aliud subm̄ et̄ non est p̄ncipiū sed est p̄prima p̄ncipio. i. ē p̄prima cause. quia habet in se p̄cīfā cām p̄ quā demōstrat̄ demōstrationē vniuersali talis passio de tali subiecto. nō est ḡ in cōueniēs q̄ aliq̄ p̄positio diuersis respectibus sit mediata et̄ immediata sit p̄ncipiū et̄ p̄prima p̄ncipio? Vel possumus dicere q̄ qd̄libet est potissime p̄ximū sibi ipsi. vniuersale ergo subm̄ q̄ est immediatū et̄ h̄z rōnē p̄ncipij potissime ē p̄ximū p̄ncipio. q̄ est p̄ximū sibi ipsi. p̄tima tñ via melior est. ¶ Deinde cū dicit (Ut si oportet) quod dixerat exponit in terminis. d. (Ut si oēs demōstrare. a. de. d.). i. h̄re tres de egritiaz vel passionē alia de subo aliquo particulari.

(media aut sunt) duo (in qbus est b.c.). i. habere angulū extrinsecū. r. triangulus (magis aut sursum sit b.). i. mediū istud quod significat per. b. v. hē angulū extrinsecū sit mediū magis sursum. (quare si vle magis ē p b.). i. magis est p media sursum. nōs su. ē q magi facit scire. ¶ No tandū aut q a. id est habere tres mōstrat de d. i. de egri biariū per mediū c. i. p triangulū. Rursus idēz a. mōstrat de c. i. de triangulo p mediū b. i. p habere angulū extrinsecū. mediū g b. i. habere angulū extrinsecū vel ē prin cipium vel est magis p p̄nquā p̄ncipio. cū sit magis sur sū. r. q p tale mediū d̄mōstrat dem̄fatio v̄lis nōs est q ipsa est potior. ¶ Notandū etiā q si sicut disponerētur termini. v. a. b. c. d. i. hē tres habere angulū triangulus r egribiaz. iter. a. r. d. i. iter hē tres r egribiaz sunt me dia. b. r. c. i. hē angulū r triangulus. p vtrunq; enī posset p̄bati hē tres de egribiaz r qz hz āgulū r qz ē triāglus s; iter. a. r. c. i. iter hē tres r triangulū est mediū. b. i. hē angulū. b. ergo. i. hē āgulū est mediū magis sursum q̄. c. i. q̄ triāglus qz imediatius se tenet ad a. r. ad passionē. de triāgulo ergo p̄bat habere tres p mediū magis sur sū. i. magis imediate se tenens ad passionē. p̄pter qd̄ ta lis passio que est v̄lis. put hē tres. p̄batur de triangulo p hē āgulū est potior. qz est p mediū magis sursum q̄. put p̄bat huius passio de egribiaz p triangulū. qz si dicatur q de egribiaz p̄t p̄bati hz passio p hē āgulū dicemus q de egribiaz nō hz angulū nisi qz est triangulus: triangu lus ergo erit magis mediū cōueniens ad hoc. p̄bandus. appellat ergo hoc mediū magis sursum quod est p̄p̄ius passioi que est maior extremitas r primus terminus ¶ Deinde cum dicit (Sed eoz que) p modū cuiusdam correlary inferit q (eoz que dicta sunt qdā sunt logica) q̄st̄ oi. q rōnū factaz qdā sunt logice. ¶ Notādū aut q tertia r quarta rō sunt multū p cōmunia. v. q v̄lis ma gis faciat scire. qz magis tēdit i simplex r vnū. vel qz ma gis faciat scire. qz scito v̄li scit hoc r aliud. i. scitur v̄le r p̄ticulare. tales at rōnes vocat logicas. qz sunt p qdā cō munia. p̄ma aut qz v̄le ē magis p cāz. r secūda qz dem̄fatio v̄lis ē magis p cām v̄l imā. r q̄nta videlz qz dem̄fatio v̄lis ē magis p̄p̄nqua p̄ncipio sunt rōnes magis p̄ p̄ncipio. ¶ Deinde cū dicit (Magis aut manifestū) adducit sextā rōnē dicēs (Magis at manifestū ē) v̄l (Magis aut manifestū ē) qz v̄lis magis sit p̄p̄a vel vt habz alia translatio (sit p̄ncipalior q̄ h̄ntes qdem hāc pōzē p̄p̄o nez). i. habētes qdē v̄lem q̄ ē prior de numero p̄p̄onūz. (scimus qdē quodā mō posteriorē). i. p̄ticulare r habēs potentia ad sciēdū p̄ticulare (vt si aliqz cognouit qm̄ ois triāglus hz tres angulos eq̄les duobus rectis quo dāmō r potentia sciuit qz egribiaz sit eq̄lis duobus re ctis). i. sit habēs angulos eq̄les duobus rectis (r si non cognouit qz triāglus h̄ns p̄p̄onē hāc). s. p̄ticulare qz eg ribiarū (nullo mō cognouit v̄le nec potētia nec actu) q. di. qz ista rō ē multū p̄p̄ia r multū p̄ncipalis. qz vniver salis dem̄fatio sit potior particulari. qz sciēs v̄le ex hoc ip̄o scit quodā mō p̄ticulare. sed ex eo qz qz scit parti culare nullo mō ex hoc dicit scire v̄le nec potentia nec actu. q̄ dem̄fatio v̄lis est potior. ¶ Dubitaret forte aliqz qz v̄l def qz hoc rō sexta sit eadez cū quarta rōne. sic enī arguebat rō q̄rta qz potior est dem̄fatio p quā scit hoc r aliud q̄ p quā scitur hoc solū. r ex hoc arguebatur qz de mōstratio v̄lis esset potior. qz p eaz scitur hoc r aliud. i. scitur v̄le r p̄ticulare. s; p particularē dem̄fationez scit hoc solū. i. p̄ticulare tm̄. B̄ idēz vt videtur arguit ista rō p̄pter qd̄ duo icōuenientia vt videtur sequuntur. p̄mo qz ista rō videtur eē eadez cuz illa. 2. qz illa rō dicebat

eē logica. r tñ ista q̄ videtur eē eadez cuz illa d̄fēē maxi me p̄p̄ia. Vel vt hz alia ista dicitur eē maxime p̄ncipal ¶ Dicendū qz v̄le sub̄st̄ de quo cōcludit passione v̄lis demōstratio duas p̄rogatiuas hz respectu particularis subiecti p quo cōcludit passione particularis demōstra tio. vt ois triāglus de quo cōcludit habere tres demō stratio v̄lis quantum ad p̄sens spectat duas p̄rogati uas hz respectu ois egribiaz de quo cōcludit hz passio ne dem̄fatio p̄ncipalis. vna aut istaz p̄rogatiuarū sūnt ex pte signi v̄lis r ex parte termini cōis. naz in termino cōi cōiuncto signo v̄li p locū a toto in quatitate icludif terminus minus cōis iunctus signo v̄li. vt in oi animali icluditur omnis homo. sic in omni triangulo icludif ois egribiaz. sed nō ecōuerso. i. oi hōte nō icludif omne aial. nō. n. valet. ois homo. ergo oē aial. nec valet omnis equitibiaz ergo ois triangulus. s; valet econuerso. v. ois triangulus ergo ois equitibiaz. ex hac aut p̄rogati ua arguebat rō q̄rta. v. qz qz scit v̄le scit p̄ticulare. i. qui scit p̄positōez v̄liozē scit particulariozē. vel qui scit ter minū magis cōez iuctū signo v̄li scit terminū minus cō mune iuctū tali signo. vt qui scit qz oē aial scit qz ois hō r iō rō illa dicebat logica. qz arguere ex cōitate termini r v̄litate signi ē arguere p qdā cōia. qd maxime spectat ad logicū. secūda aut p̄rogatiua hz subiectū v̄le de quo cōcludit passione demōstratio v̄lis respectu sui particu laris de quo cōcludit demōstratio particularis. quia hz sub̄st̄ v̄le fm̄ qz huius ē hz i se cām illius passionis. sub iectū at p̄ticulare fm̄ qz huius est nō hz in se hz cām. r qz scit ē p cām sciēs passionē de subiecto v̄li s; qz hu ius scit cām illius passiōis. sciendo at hz cāz scit aliquo mō oia illa qbus talis passio inest. ideo sciens v̄le rōne cognitiōis cause dicitur quodāmodo scire p̄ticulare. s; sciens p̄ticulare qz fm̄ qz huius ignorat cāz nullo mō dicitur scire v̄le nec actu nec potentia loq̄ndo de poten tia p̄p̄nqua. nisi forte diceretur scire fm̄ potētia rēmo tā. sicut puer ē i potētia ad militādū. hec q̄ rō sexta nō ē eadem cū q̄rta. qz illa inicitur cōibus. ista p̄p̄us. qz in i ti ex eo qz aliqd est magis p cām est in i ti in p̄p̄us. ideo illa dicebatur logica. bec at magis p̄p̄ia. ¶ Deinde cū dicit. (Et vniversalis qdem) adducit septimā r vltimā rōnē dicēs qz (r v̄lis qdēz) s; v̄le (r v̄lis aut) demōstratio (intelligibilis est). i. solo intellectu cognoscitur (particu laris qdem in sensu perficitur. tūc q̄ est sup̄plenda rō qz cuz magis faciat scire quod p̄tinet ad itellectū q̄ quod p̄tinet ad sensus demōstratio v̄lis est potior qz particu laris. videtur at bec rō potissime cōcludere de dem̄fati one particulari simpliciter. vtputa si de hoc triangulo sensibili p̄baretur habere tres. Ultimo epilogat circa determinata dicens. (quot quidem v̄lis dignior parti culari tot nobis) id est a nobis (dicta sint.)

¶ **Modo autēz demonstratiua** p̄uatiua. ¶ Postq̄ p̄hs p̄bavit qz dem̄fatio v̄lis potior sit q̄ p̄ncipalis. i. pte ista declarat qz affirmatiua sit poti or qz negatiua. Circa qd̄ sex fac̄ hz qz sex rōes adduc̄ ad p̄ positū. p̄a rō incipit ibi (v̄treq; qdē igr) tertia ibi (āplius qm̄ oisū) q̄rta ibi (amplius iux̄ b) q̄nta ibi (amplius si p̄ncipiū) sexta ibi (adhuc p̄ncipalior) Circa p̄mū tria fa cit. qz p̄mo supponit quodā neciūz ad p̄positū. v. qd̄ ē ex paucioribus ceteris paribus qz illud sit magi notū r dignius. 2. supponit aliud neciūz ad p̄positū qz p̄p̄ora secundum qz huius sunt notiora. 3. ex his que dixerat p̄obatur intentum. secunda pars incipit ibi (Si enī s; l̄r) tertia ibi (Si per media demonstratio) Dicit ergo (qz

## Posteriorum

aut demonstratiua. i. affirmatiua (positiua). i. negatiua  
 fit potior (manifestu est hinc). i. ex dicendis. na (si eni  
 demonstratio est dignior alijs existibus eisdem). i. ceteris  
 paribus (q̄ est aut ex minoribus quibus aut) ex minoribus  
 (supponibus aut) ex minoribus (pponibus) q. d.  
 q̄ illud est dignius quod est p̄ minora. i. p̄ pauciora siue  
 illa minora vel pauciora sint q̄ones siue suppones siue  
 ppones. quod declarat dicens q̄ (si eni silr note sunt ve  
 locius cognoscere est per bec). i. p̄ pauciora. et ait q̄ (hoc  
 autē appetibilius) videlz cognoscere velocius q̄ tardi  
 us. et cognoscere per pauca q̄ per multa. et subdit q̄ (rō  
 vltis pponis) nre siue nri dicti (q̄ fit melior ex minoribus  
 sic ē). q. d. q̄ isto mō sumit vltis. i. vlr rō huius pponis.  
 i. huius dicti q̄. i. fit melior affirmatiua q̄ negatiua  
 qz est ex minoribus. i. ex paucioribus. ¶ Notādū aut q̄  
 ppones suppones et q̄ones sic differūt. na ppones dici  
 possunt q̄ sunt p̄ se note. suppones aut dicunt que sūt cō  
 cesse ab aduersario. q̄ones aut dici possūt de quibus ad  
 uersarius dubitat et que nō cōcedit. existētibz aut eis  
 dē. i. ceteris paribus illud quod est ex paucioribus ē di  
 gnius. qz velocius scitur. qualiacūqz aut sint illa paucio  
 ra. vt quod est ex paucioribus q̄onibus est melius q̄ qd  
 ex pluribus. Sic et dicendū est de ppositionibus et sup  
 positionibus. ¶ Deide cū dicit (Si. n. silr) p̄mittit secu  
 dū qd est neciū ad ppositū di. (Si eni media erit). i.  
 p̄tinget (eē cognita. similr). i. eē eiusdē generis et eē eius  
 dē coordinatōis. appellat. n. media silr cognita que sūt  
 fm idēz genus. vel fm eandē coordinatōē. si q̄ media  
 accipiātur talia semper p̄ora notiora sunt (p̄ora eni) me  
 dia eiusdē coordinatōis (notiora sunt) posterioribus.  
 possit eni cōtingere qz p̄ora in nālibz nō essent ita no  
 ta nobis sicut posteriora i mathematicis. s; ceteris pari  
 bus accipiēdo p̄ora et posteriora eiusdē coordinatōis  
 semper p̄ora sunt notiora posterioribus. ¶ Deide cū di  
 cit (Sit per media) ex his que dixerat pbat intentū ex  
 ponēs sūt p̄bationē in terminis dicens (Sit dem̄ratio  
 per media eoz que sunt. b. c. d. q. a. in e.) q. d. q̄ demon  
 strez q̄ a. sit in e. vtputa substātia in hoīe p̄ bec tria me  
 dia. b. c. d. p̄ corpus. p̄ aiatū corpus. p̄ aīal. que sunt tria  
 media inter hoīem et subam. p̄ a. ḡ intelligat substātia.  
 per e. homo. p̄ b. corpus. p̄ c. aiatū corpus. p̄ d. aīal. et sub  
 dit q̄ (sit vero altera). i. demonstratio (per) bec media  
 (b. c. q. a. sit in d.) q. d. q̄ mōstret altero medio q̄ a. sit in  
 d. i. substātia i aīali. p̄ b. et p̄ c. i. p̄ corpus et p̄ aiatū corpus.  
 que sunt media inter substātia et aīal. et subdit q̄ (similr  
 igit̄ hz). i. se hz hoc q̄ (a. sit in d.) i. substātia i aīali (et q̄ a  
 sit in e.). i. substātia i hoīe. q̄ si d. q̄ media p̄ q̄ pbat suba  
 de hoīe et de aīali se habēt silr. i. sunt eiusdē coordinatio  
 nis. sunt. n. in eadē linea p̄dicamētali. differūt tñ media  
 p̄ que pbat suba de aīali et per que pbat de hoīe. qz me  
 dia que sunt inter subam et aīal sunt p̄ora. media aut in  
 ter subam et hoīem sunt posteriora. iō ait. (sed q̄ a. sit in  
 d.). i. substātia i aīali (pus est et cognoscibilis q̄ a. in e.)  
 i. q̄ suba in hoīe. (p̄ hoc enim). i. p̄ aīal (demonstret illd)  
 i. suba de hoīe. et subdit q̄ (credibilius aut est quod est  
 p̄pter qd et qd ē p̄ minima). i. p̄ pauciora. et qz sic ē (alijs  
 eisdē existibus). i. ceteris paribus (melior ē) dem̄ratio  
 que ē p̄pter qd et p̄ p̄ora et p̄ minima. i. p̄ pauciora q̄ que  
 ē p̄ posteriora et p̄ plura. Tūc ḡ suppledaē rō q̄ cū sic se  
 habeat affirmatiua dem̄ratio ad negatiua qz ē per p̄ora  
 et per pauciora oportet q̄ sit potior q̄ negatiua. ¶ Dubi  
 taret forte aliquis. vtum affirmatiua probetur p̄ pau  
 ciora q̄ negatiua. Dicendū q̄ oportet eē pauciora per q̄  
 p̄batur affirmatiua q̄ per que probatur negatiua. na

per omnia per que p̄batur affirmatiua p̄bat et negatiua  
 addit etiā aliquod mediuz vel aliqua media probatio  
 negatiue supra affirmatiua. vt patet in diuersis q̄nibus  
 nam si accipiant aliqua duo extrema in vno p̄dicamēto  
 inter que cadant q̄ plura possunt cadere media in co  
 dem p̄dicamēto. et accipiat terminus q̄ p̄pingoz p̄t  
 resp̄cū minoris extremitatis accepte in alio p̄dicamēto  
 apparebit i terminis sic eē vt diximus. verbi gr̄a maxi  
 me distantia in aliq̄ p̄dicamento. vtputa i p̄dicamento  
 sube vt suba et hō. iter bec eni duo extrema cadūt plura  
 media q̄ iter aliqua alia duo extrema. n̄ descēdēdo. n.  
 ad idiuidua. qz illa relinq̄nda sūt. spēs spālissima tenet  
 ifimū locū in p̄dicamento et genus generalissimū sup̄e  
 mū. iō gr̄a exempli assumpsimus hos terminos. v3. subaz  
 tanq̄ maiorē extremitatē et hoīem tanq̄ minorē. redu  
 cez eni hō in subaz p̄ aliqua media. vtputa per tria. dice  
 mus eni q̄re hō est suba qz est corpus. q̄re est corpus qz  
 est aiatū corpus. q̄re est aiatū corpus qz est aīal. p̄pter  
 qd ḡnqz lre posite in textu. v3. a. b. c. d. e. p̄nt significare  
 hos ḡnqz terminos duos extremos et tres medios. v3.  
 subaz corpus aiatū corpus aīal hoīez. sic ergo se habet  
 in affirmatiua qz isto mō in eodē p̄dicamento reduci  
 tur mediātū ad imediātū. si ergo accipiat negatiua et ac  
 cipiat terminus aliqs in aliquo p̄dicamento. vtputa q̄  
 accipiat aliqd in p̄dicamento quātitatē qd remoueat  
 ab hoīe dato q̄ accipiat illud iter qd et hoīez cadūt pau  
 ciora media. hoc aut erit ipsa quantitas siue ipsū p̄dica  
 mētū pauciora eni media assumerēt ad p̄bādū q̄ quā  
 titas remoueat ab hoīe q̄ q̄ linea remoueat ab hoīe.  
 na q̄ quātitas remoueat ab hoīe nō accipiet media.  
 nisi que sunt in p̄dicamento sube q̄ sunt supra hoīez. re  
 ducere eni hō in subaz que suba imediātē remouetur  
 a quātitate. s; q̄ linea remoueat ab hoīe non solū re  
 ducez hō in subam et nō solū accipiet media q̄ sunt in  
 p̄dicamento sube. sed etiā reducez linea in quātitatē. et  
 accipiet media que sunt in p̄dicamento quātitatē  
 est ergo illud iter quod et hoīez cadūt pauciora media. i.  
 p̄positōe ergo affirmatiua q̄ sumit respectu eiusdē p̄di  
 camenti assumpsimus illud quod maxime distat ab ho  
 mine vt subaz. In p̄positōe vero negatiua q̄ sumit res  
 p̄ctu diuersoz p̄dicamentoz assumpsimus illud iter  
 quod et hoīez cadūt pauciora media. vtputa quātitatē  
 vel q̄litatē vel qd cūqz aliud p̄dicamētū. suba ḡ cū hoīe  
 faciet p̄positionē affirmatiua. quātitas aut vel q̄litas  
 vt quod cūqz aliud p̄dicamētū faciet negatiua. oīa at  
 que accipiuntur media ad p̄bādū affirmatiua q̄ hō sit  
 suba accipientur ad p̄bandū negatiua q̄ homo non sit  
 quantitas et adhuc plura. nam inter hoīem et subam nō  
 sunt posita eē nisi tria media. v3. animal. aiatū corpus.  
 corpus. sed q̄ quātitas remoueat ab hoīe erūt ibi q̄rtu  
 or media. v3. tria prefata et adhuc quartum. videlicet  
 ipsa substantia. nam ipsa substantia non est mediuz in  
 ter substantiā et homines. sed est mediūm q̄ quantitas  
 remoueat ab homine. bec ergo negatiua. homo non  
 est quantitas. vel quantitas remoueat ab homine re  
 ducetur ad imediatam per quatuor media. dicitur. n.  
 q̄ quātitas remouetur ab homine. quia remouetur ab  
 animalī. ab hoc autez quia ab animato corpore. ab hoc  
 vero quia a corpore. a corpore vero remouetur quia re  
 mouetur a substantia. illa ergo media que cadunt ad p̄  
 bandum affirmatiua cadunt ad probandum negati  
 ua et adhuc plura. p̄ pauciora ḡ ē affirmatiua q̄ negatiua  
 ḡ potior. ¶ Ceteris forte dubitaret aliqs. q̄ cū imite  
 sint negatiue i eodē p̄dicamēto vtz vitatē hēat i negatiue



eiusdē pdicamēti q̄ p̄ illa eadē media ⁊ adhuc p̄ plura p̄bet negatiua q̄ affirmatiua. Dicendū q̄ negatiue in eodē pdicamēto sunt p̄t vna spēs remouet ab alia. vt si dicatur q̄ homo nō est leo. vel q̄ homo nō est ferrum vel q̄ aial nō ē lapis. oꝛ eis accipi ista fm̄ diuersas spēs vel sp̄alissimas vel subalternas. igitur iste due spēs vel imediate p̄tinetur sub eodē genere vt albedo ⁊ nigredo sub colore. tunc facient p̄pōnē negatiuā imediatā ⁊ indemonstrabilē. de talibus ḡ non ē questio. Si vero sūt sub eodē genere nō p̄ximo sed remoto vtputa q̄ hō nō est ferrū. illud idē dicemus de talibus duabus spēsbus. in eodē pdicamēto. quod diceremus de quibuslibet duabus alyis spēsbus in diuersis pdicamētis. nā homo ⁊ ferrū s̄ sint in eodē genere remoto. nō sunt autē in eodē genere p̄ximo. accipiemus ḡ q̄ lōginquas ⁊ q̄ remotius poterimus nō de inuicem pdicantis vt ex parte hominis accipiemus corpus aiatū. ⁊ ex parte ferri corpus iaiatū ⁊ erit idē iudiciū de istis duobus ḡnibus respectu hoīs ⁊ ferri quod eēt de duobus pdicamentis respectu duoꝛū aliquoꝝ exiūtū in illis pdicamētis. nā sicut dicimus q̄ linea remouet ab hoīe. q̄ pdicamētū quātītatis in quo est linea remouet a pdicamento substātie in quo est homo. sic dicemus q̄ homo remouet a ferro. q̄ corpus aiatū in quo est homo tanq̄ in suo genere remouet a corpore inaiato in quo est ferrū tanq̄ in suo genere. ⁊ sic hec negatiua mediata. hō nō est linea. reducitur ad imediatā reducendo tā hoīes q̄ lineā in suprema ḡnā q̄ sunt abinuicem diuersa. sic hanc negatiuā mediata. hō nō est ferrū. reducemus ad imediatā reducendo taz hō minē q̄ ferrū q̄ ad supiora genera possumus adinuicē dīa hec at nō sūt nec suba nec corpus. q̄ nec i suba nec i corpore differūt homo ⁊ ferrū. sed hō sunt aiatū ⁊ iaiatum. si ḡ fm̄ istā negatiuā mediata. homo nō est ferrū volumus accipere affirmatiuā q̄ magis mediata possimus accipiemus istā. homo ē corpus aiatū. v̄l istā. ferz ē corpus iaiatū. quo facto p̄ q̄ p̄ illa eadē media p̄ que reducitur homo in corpus aiatū p̄ illa eadē media ⁊ p̄ plura remouebit homo a ferro vel a corpore iaiato. vtputa si inter corpus aiatū ⁊ homiez sint duo media. v̄z. aial ⁊ rōnale aial. p̄ oīa ista media per q̄ reducitur homo in corpus aiatū remouebit a corpore iaiato ⁊ adhuc p̄ plura q̄ ⁊ ipm̄ corpus aiatū quod nō cadit mediū inter seip̄s ⁊ hoīem cadet mediū fm̄ remotionē inter corpus inaiatum ⁊ hoīem: hoc ē ergo quod ph̄us dicit q̄ alyis eisdeꝝ existētibus. i. ceteris paribus. i. si accipiat talis affirmatiua fm̄ q̄ cōpetit accepte negatiue. vel fm̄ q̄ debet accipi vt requirit accepta negatiua semper ex paucioribus est affirmatiua q̄ negatiua. posses enī tales accipere affirmatiuā ⁊ talē negatiuā q̄ p̄ plura eēt affirmatiua q̄ negatiua. sed si accipiat affirmatiua fm̄ q̄ requirit negatiua semper est ex paucioribus affirmatiua q̄ negatiua. ¶ Alterius forte dubitaret aliquis. vtrū sit ex p̄tibus affirmatiua q̄ negatiua. Dicendū q̄ illud quod est cā ⁊ ē p̄pter quid alterius est prius illo. si. n. homo remouet a q̄titate p̄ substātiā prius intelligit homo eē in substātiā q̄ remoueri a q̄titate. imo ip̄s eē i substātiā ē p̄pter qd ⁊ est cā quare remouetur a q̄titate. ph̄s ergo comparat negatiuā ad affirmatiuā eo mō quo in eodē pdicamento affirmatiua magis mediata comparat ad affirmatiuā minus mediata. vt sic bec. homo ē suba. que est magis mediata cōparatur ad hanc. aial ē suba. q̄ minus ē mediata. ita suo modo q̄tū ad p̄ns spectat hō nō est q̄titas que est negatiua cōparatur ad hanc. hō ē substātia. que est affirmatiua. nā sicut illa eadeꝝ media q̄

cadunt inter aial ⁊ substātiā cadunt inter hoīem ⁊ substātiā ⁊ adhuc plura. sic illa eadē media que cadūt i affirmatiua cadūt in negatiua ⁊ adhuc plura dū nō accipiatur affirmatiua fm̄ q̄ oꝛ accipi iuxta acceptā negatiuā: nā ad hāc negatiuā. hō nō est ferrū. non deberet accipi bec affirmatiua. hō est substātia. vel hō ē corpus. in quibus conuenit cū ferro. sed deberet accipi. homo est corpus aiatū. in quo differt a ferro. sic enī accipiendo affirmatiuā semper p̄ pla est negatiua q̄ affirmatiua. Rursus sicut q̄ aial sit suba ē prior q̄ q̄ homo sit suba. q̄ hō ē suba p̄ hoc q̄ aial ē suba. sic affirmatiua est prior q̄ negatiua. nā nō remouet hō p̄ subām a q̄titate nisi q̄ prius intelligit eē in suba q̄ remoueri a q̄titate. videt. n. ph̄s extra suū p̄positū p̄cessisse qm̄ ex duabus affirmatiuis. v̄z. ex a. in e. ⁊ in d. i. ex suba in hoīe ⁊ in aiali p̄ media eiusdē coordinatōis p̄bavit paucitatem ⁊ prioritatem vt q̄ p̄ pauciora ⁊ p̄ priora est d. in a. idest suba i aiali q̄ in e. idest in hoīe. cū nō ipse nō deberet hoc p̄bare de duabus affirmatiuis s̄ de affirmatiua ⁊ negatiua. cū d̄ s̄ sit p̄ncipalis intentio. sed vt patuit oīo est s̄le de duabus affirmatis in eodē pdicamento q̄r vna ē mediatioꝛ alia ⁊ de affirmatiua ⁊ negatiua dū tamē accipiat affirmatiua vt oꝛ accipi iuxta acceptā negatiuā. p̄ pauciora ḡ vt dicebat p̄ma sup̄pō ⁊ per p̄ora ⁊ notiora vt dicebat sc̄da ē affirmatiua q̄ negatiua. potior ḡ ⁊ dignior ē ista q̄ illa. ¶ Deinde cū dicit (Utreq̄ qdē igit) adducit sc̄dam rōnē. differt autē bec sc̄da rō a p̄ma. q̄ p̄ma arguit de paucitate s̄z numerū. ⁊ arguit de paucitate nō s̄z vnū ⁊ eūdē fillogisimū. nā in vno ⁊ eodē fillo sp̄ est vnū mediū. bec aut arguit in vno ⁊ eodē fillo. ⁊ arguit de paucitate non s̄z numerū. s̄z enī numez in vno ⁊ eodē fillogisimo tot sunt in affirmatiuo quot in negatiuo. s̄z in vno ⁊ eodem fillo s̄z q̄litate ⁊ formā plura sunt i negatiuo q̄ in affirmatiuo. nā in affirmatiuo non sunt nisi p̄positōes affirmatiue tr̄n. in negatiuo vero est vna p̄positio affirmatiua ⁊ alia negatiua. id ait q̄ (vtrēq̄ qdē igit). s̄. Demonstratioes tā affirmatiua. s̄. q̄ negatiua demonstrant p̄ tres terminos ⁊ p̄ duas p̄positōes. s̄z bec qdē d̄mōstratio affirmatiua (accipit aliqd esse). i. accipit solū p̄positōes affirmatiuas (illa vero). s̄. negatiua demonstratio accipit (aliqd esse ⁊ non esse). i. accipit affirmatiuā ⁊ negatiuā (p̄ plura itaqz) su. fm̄ qualitatem ⁊ formam est negatiua q̄ affirmatiua (q̄re dignior est) bec q̄ illa. ¶ Deinde cū dicit (Amplius qm̄) adducit ad hoc idē tertiam rōnē sup̄tā ex eo q̄ affirmatiua nō solū est ex paucioribus ⁊ quantū ad numerū ⁊ quantū ad formā. v̄z. quantū ad numez in diuersis fillis ⁊ quantū ad q̄litem ⁊ formā in eodē fillo. s̄z in affirmatiua est potior q̄ est maioris efficacie. id ait (Amplius) su. affirmatiua est potior q̄ negatiua (qm̄ oīū est) i libro p̄oz (ipole est fieri fillogisimū ex vtrāq̄ p̄positionū p̄natiua) ex puris enī negatiuis nihil sequitur vt in p̄tibus p̄batur (s̄z) su. in p̄natiuo fillo (vnā qdē) su. p̄positionem (oꝛ eē hō). s̄. negatiuā (alterā vero qm̄ aliqd est). i. affirmatiuā. tunc ḡ sic forme rō. affirmatiuus fillus nō idiget p̄positione negatiua. fillus at negatiuus nō p̄t facere sine p̄positōe affirmatiua. ḡ efficacior est ad p̄cludēdū affirmatiua q̄ negatiua. nā affirmatiua nō solū h̄z efficacā i fillogisimo affirmatiuo s̄z etiā in negatiuo. ⁊ q̄ efficacior est affirmatiua idē dignior. ¶ Deinde cuz dicit (Amplius iuxta) adducit ad hoc idē quartā rōnē. Circa qdē tria facit. q̄ primo adducit hō rōnē. z. eam applicat in terminis. tertio ex bis q̄ dixerat concludit intentum secunda ibi (Sit enim in nullo) tertia ibi (Si ḡ notius)

## Posteriorum

Dicitur quod (amplius iuxta hoc). i. iuxta propositiones negativas (oportet accipere hoc). i. propositiones (predicativas. augmentate enim quidem demonstratione necesse est fieri plures) predicativas. i. affirmativas (predicativas quidem ipse est fieri plures in uno fillo. vna enim est). i. privatiua in o fillo privatio. su. origitur. ¶ Notandum autem vi rationis huius in hoc consistere quod affirmatiua sit potior quam negatiua. quia si augmentet demonstratio negatiua. i. si per illogice[m] premisse filli negatiui. nam hoc est augmentare sillogismum vel demonstrationem. per illogizare premisse eius. si ergo fiat per illogice[m] in sillogismo privatiuo in per illogice[m] dum plures accipientur affirmatiue quam negatiue. nam ad per illogice[m] dum affirmatiua accipientur ambe affirmatiue. sed ad per illogice[m] dum negatiua accipietur altera affirmatiua altera negatiua. plures ergo erunt ibi affirmatiue quam negatiue. in ipso ergo sillogismo negatiuo habet maior efficaciam propter affirmatiua quam negatiua. propositio ergo dignior. et si dignior est propter affirmatiua quam negatiua dignior est demonstratio affirmatiua que accipit omnes propositiones dignas. i. omnes affirmatiuas que sit demonstratio negatiua que accipit aliquam propositionem negatiua[m] et ita minus dignas. ¶ Dubitaret forte aliquis. quia videtur quod ista ratio quarta contradicat rationi prima. nam in ratione prima dicebatur quod que est ex paucioribus est dignior. ergo dignior est negatiua quam affirmatiua. si ergo in per illogice[m] dum plures accipiuntur affirmatiue quam negatiue videtur quod sit dignior negatiua. Dicendum quod propositio regrens pauciora media dignior est. quia est magis imediata et propeior principio. et ad hoc vadit ratio prima. quia ceteris paribus semper affirmatiua est immediatior quam negatiua. sed in media accepta quales debent accipi propositiones utrumque affirmatiue vel negatiue ad se non vadit ratio prima. sed ad hoc vadit hec ratio quarta. vnde equo ce loquitur de pluralitate hec ratio et illa. ratio enim prima ex paucitate medio[rum] arguit dignitatem affirmatiue. hec autem supposito numero medio[rum] ex pluralitate propositionum affirmatiuarum arguit efficaciam propositionis affirmatiue et ita dignitatem eius. nam ad sillogice[m] dum duas premissas est in fillo negatiuo si accipiendum nisi duo media vna ad per illogice[m] dum maiore. et alio ad per illogice[m] dum minore. in tali. n. per illogice[m] dum occurrit plures affirmatiue quam negatiue. quod non est nisi affirmatiua est efficacior et propeior dignior. ¶ Uterius forte dubitaret aliquis. quia videtur hec ratio quarta non differre a ratione tertia. nam utrumque arguit ex eo quod magis pluralificari affirmatiua et ex eo quod hec est efficacior quam negatiua. Dicendum quod hec ratio quarta addit supra rationem tertiam nam ratio tertia simpliciter arguit affirmatiua[m] efficacior est quod habet virtutem et efficaciam tam in affirmatiuo quam in negatiuo sillogismo. negatiua autem solus habet efficaciam in negatiuo sillogismo. sed hec ratio quarta plus arguit. probat enim quod in ipso sillogismo negatiuo quantum ad aliquid habet maiorem efficaciam affirmatiua quam negatiua ut quantum ad per illogice[m] dum eius. si enim aliquid haberet potentiam in duabus rebus esset potentius quam illud quod haberet potentiam in vna illarum tantum. et adhuc autem si respectu illius vnius rei in quibus habet efficaciam. sed illud quod habet potentiam in duobus haberet et potentiam in illa eadem rei qua habet efficaciam aliud maiorem efficaciam quam illud. pro fillez modum arguit probat de propositione affirmatiua et negatiua. ¶ Deinde cum dicit. (Sit enim in nullo.) quod dixerat declaratur in terminis dicentes (Sit. n. in nullo est. a. in quibus est. b.) i. hec sit maior sillogismi negatiui nullum. b. est. a. (i. c. autem omni sit. b.) i. hec sit minor. omne. c. est. b. (si itez est opus augere utrasque propositiones). i. si necesse est per illogicare utrumque istarum premissarum (inueniendum est medium huius quidem

a. b.) i. inueniendum est medium competens quod per illogice[m] a. b. que fuit maior. v. nullum. b. est. a. (sit o. tale medium. i. si. b. c. sit. e.) i. ad per illogice[m] dum. b. c. minore sit. e. medium. et subdit quod (e. quidem igitur manifestum est predicatum esse.) quod. quod medium per quod sillogice[m] b. c. minor affirmatiua erit in utraque premissarum affirmatiuarum. quia non sillogice[m] affirmatiua nisi per affirmatiuas (sed. d.) quod. fuit medium ad per illogice[m] dum (a. b.) que fuit negatiua vna propter omne ut minore[m] faciet affirmatiua. formabitur. n. sic sillogismus ad per illogice[m] dum minore. omne. e. est. b. omne. c. est. e. ergo omne. c. est. b. propter quod in per illogice[m] dum maioris erunt omnia affirmatiua. maior autem per illogice[m] dum sic. nullus. o. est. a. omne. b. est. d. ergo nullum. b. est. a. ideo quantum ad hoc subdit quod (si. d. de. b. quidem predicatiuum.) i. minor ad per illogice[m] dum maiore erit affirmatiua. (a. d. autem.) i. maior illius sillogismi (tanquam privatiuum). i. erit negatiua. et subdit (ponat. d. quidem enim de o. b.) i. d. p. d. cabit de omni. b. ista est minor (sed. a. in nullo o. e. d.) i. remouebitur ab omni. d. ista est maior (sic igitur vna est privatiua propositio que est a. d.) quod. quod in per illogice[m] dum maiore et minore alicuius sillogismi negatiui non accipimus nisi vna premissam negatiua[m] et tres premissas affirmatiuas ergo non solum absolute et simpliciter. sed et in ipso sillogismo negatiuo quantum ad per illogice[m] dum eius efficacior est affirmatiua quam negatiua. et subdit quod (ide est motus est et in alijs sillogismis) nam quecumque sillogismus est negatiuum si volumus ipsius per illogicare non accipiemus nisi vna premissam negatiuas et tres premissas affirmatiuas. ideo subdit quod (si. n. medium quidem predicatiuum terminorum in utraque o. e. predicatiuum.) i. affirmatiuum. quod. quod o. accipere medium quod in utraque premissa terminum affirmatiue. et subdit quod (privatiuum) at cum sint termini. i. ad per illogice[m] dum propeior hinc terminos eorum ceteros negatiue (alterum terminorum necesse est esse privatiuum) et alterum su. affirmatiuum. ita quod medium cum vno termino faciet premissam negatiua[m] et cum alio affirmatiua (que in h. b.) su. per illogice[m] dum quod per illogice[m] dum tam maior quam minor filli negatiui (vna propter). i. vna premissa (erit hec huius). i. erit negatiua (alio vero) premissa (predicatiue). i. affirmatiue su. erit. ¶ Deinde cum dicit (Si ergo notius) ex his que dixerat concludit conclusionem intentam. nam filius negatiuus per illogice[m] dum per multas propositiones affirmatiuas. sed sillogismus affirmatiuus non per illogice[m] dum per aliquas negatiuas. credibilior ergo et notior et nobilior et efficacior est affirmatiua quam negatiua. ideo ait. (Si ergo notius et credibilior est per quod demonstrat. demonstrat autem privatiua per predicatiua. predicatiua autem per illa.) i. per negatiua (non demonstrat. propter ergo et notior et credibilior erit utrumque predicatiua quam negatiua (cum sit melior) siue dignior. i. efficacior. ¶ Notandum autem quod cum dicit quod privatiua demonstrat per predicatiua potest referri vel ad propositionem vel ad demonstrationem. ipsa enim demonstratio negatiua siue ipse filius negatiuus siue debeatur demonstrari siue per illogice[m] dum premissa eius o. quod accipiat multas propositiones affirmatiuas. sed sillogismus affirmatiuus in per illogice[m] dum tione sua non accipit aliquam negatiua[m]. Vel potest quod dictum est referri ad ipsas propositiones. nam sillogismus negatiuus accipit duas premissas. vna affirmatiua. alia negatiua. affirmatiua autem non demonstrabit siue non per illogice[m] dum per aliquam negatiua[m]. negatiua autem demonstrabit et sillogice[m] dum per affirmatiua. potior ergo et efficacior est affirmatiua. ¶ Deinde cum dicit. (Amplius si principium) adducit quantum ad rationem dicentes. (Amplius si principium sillogismi est propter vna imediata. et est autem in demonstratiua affirmatiua. in privatiua autem negatiua.) quod. quod si principium demonstrationis demonstratiue. i. affirmatiue est principium propositio

ylis affirmatiua imediata. in puatiua autē demonstratōe est hō pncipiū ppō negatiua. qz ergo sic est (z ylis ppō affirmatiua ē potior negatiua). i. qz negatiua (z notior) notior qdē est affirmatiua (qz negatiua nota est p affirmatiua. z pōr est affirmatiua) su. qz negatiua (sicut pns enī ē eē qz nō eē. qre potius est pncipiū demonstratiue) .i. affirmatiue demonstratiōis (qz negatiue dignioribus aut pncipus vti dignior). q. d. q. q. vti dignioribus pncipus est dignior. z qz hō est affirmatiua. ideo ipsa dignior. ¶ Dubitaret forte aliqs qz videtur hec rō eē ea dē cum pcedentibus. v3. q. negatiua est minus nota qz affirmatiua. qz pbatur p affirmatiua. hoc etiā dicebant rōnes supiores. Dicēdum qz ista pōritas vel pōt accipi fm ordinē sillogisticū vel f3 apprehensionē intellectus. vtrōqz autē mō affirmatiua pcedit negatiua z est notior ipsa. nā semp in nō facere itelligitur facere. z oīno in negatione dictio. i. affirmatio vt dicitur in elenchis. nō enī possumus itelligere obliquū nisi p rectū. nec negationē nisi p affirmationē. est ergo intentio pbi qz fm apprehensionē itelleūs nostri ylis affirmatiua imediata que est pncipiū demonstratiōis affirmatiue est pōr z notior qz ppō imediata negatiua que est pncipiū demonstratiōis negatiue. z quantuz ad hoc vadit hec rō quita. Rursus si ista nostra apprehensio explicet p fillz apparebit qz negatiua pbabitur per affirmatiua z nō ecōuerso. ergo affirmatiua pōr z notior. z quātū ad hoc vadit qd supius dicebat. quō autē rōnes aūdicte differant manifestū est p iā dicta. ¶ Ulterius dubitaret forte aliqs quō esse sit prius qz nō eē. Dicendū qz iuxta regulā pbi datā i nono metaphisice de actu z potentia. possumus similt dicere de eē z de nō eē. nā i eodē gnabili z corruptibili potētia pcedit actū. vt pns fuit for. in potentia qz eēt i actu. simplr tamen actus pcedit potētia. nā cū potentia nō re ducat in actū nisi p actū si actus non pcederet simplr potētia entia possent eē si nihil actu eēt. qd ē absurdū dicere. sic dicemus de eē z de nō esse. nā i eodē gnabili z corruptibili nō esse pcedit eē simplr tū eē pcedit non eē ¶ Deide cū dicit (Adhuc pncipalior) adducit sexta z vltimā rōnez dicens (Adhuc pncipalior est) su. affirmatiua qz negatiua. quod p3. nā (sine enī demonstratiua). i. sine affirmatiua (nō est puatiua) f3 ecōuerso pōt eē. depēdet ergo puatiua ab affirmatiua non ecōuerso. est ergo affirmatiua pncipalior z per pns potior. ¶ Dubitaret forte aliqs. qz vī qz hec rō sexta. sit eadē cū rōne tertia. nā i rōne tertia dicebat qz fillus puatiuus accipit ppositiōnē affirmatiua. z hic dicitur qz non est puatiua sine affirmatiua. idē ergo dicit hic z ibi. Dicēdū qz aliud est eē efficacius z aliud est eē pncipalius. nā efficacius ē qd plus agit. pncipalius autē est sine quo aliud non agit. z vtrūqz bz ppositio affirmatiua. nā plus agit qz negatiua z sine ea nihil facit negatiua. quare si aliquo mō sūt eadē verba i hac ratione sexta z i tertia. nō tamen sunt ppter idē iducta. nā tertia ratio innitit huic excellentie qz affirmatiua plus facit z est efficacior z eius actio ad plura se extendit. hec autē vltima ratio magis innitit huic excellentie qz affirmatiua est pncipalior. qz sine ea negatiua nihil potest facere.

### ¶ Quod quidez cathegorica.

¶ Post qz pbs pbauit qz demfatio ylis sit potior particulari. z qz affirmatiua sit potior negatiua. In pte ista vt dicebat declarat qz oñsua sit potior ducēte ad ipole. Demfatio autē oñsua duplex est. qdā affirmatiua qdāz negatiua. ideo duo facit. qz pmo oñdit qz de-

mōstratio oñsua negatiua sit potior ducēte ad ipole. z ex hoc concludit qz affirmatiua sit potior ducēte ad ipole. nā si affirmatiua oñsua est potior negatiua oñsua. negatiua autē oñsua est potior ducēte ad ipole pns est qz z ipsa affirmatiua sit potior ducēte ad ipole. scda ibi circa finē lectōis (Quare hac qdē) Circa pnum tria facit. qz pmo pponit qd itendit. z pmittit qdā necaria ad ppositū. 3. ex his q dixerat cludit intentū. scda ibi (Oportet autē scire) tertia ibi (Si igit ex notioribus) Dicit ergo (qz qdem cathegorica puatiua). i. demfatio oñsua puatiua (sit dignior ducēte ad ipole manifestū est) su. ex dicēdis. ¶ Notādū autē quodā exponere sic textū hūc vt hicitēdit pbs pbare qz demfatio affirmatiua oñsua sit dignior ducēte ad ipole. vñ sic exponūt lram qz qdē demfatio cathegorica. i. affirmatiua sit dignior puatiua. q. d. q. cū sit ita qz demfatio cathegorica. i. affirmatiua sit dignior puatiua ex hoc manifestū est ad ipole ducēte su. qz sit dignior affirmatiua. f3 circa finē lectōis hoc idē dī. vnde videt eē qdam iutulis receptio. ipse etiā textus sequēs magis psonat expōnī pme. ¶ Notādum etiā qz lra quā exponit Auer. comē. plane oñdit qz hec lra. v3. cathegorica puatiua d3 exponi pro ostēsiua puatiua. nā vbi nos hēmus cathegorica puatiua. lra quā exponit Auer. bz fillus rectus negatiuus. constat autē qz demfatio recta est demfatio oñsua. ad iposibile aut nō est demfatio recta. f3 curua z reflexa. nam semp in omni tali demfatiōe ex opposito pconis sit reflexio ad oñdēdū oppositū alicuius pmissaz. qz si dicatur qz nostra trāslatio bz cathegorica. z alia trāslatio bz affirmatiua dici debet qz hoc fuit culpa trāslatoris. nā pbs demfationē demfatiua aliqñ appellat cathegorica siue affirmatiua. aliqñ oñsua. trāslator cū deberet trāfferre oñsua trāslulit cathegorica. ¶ Dubitaret forte aliqs. vtz sit vera hec pna qz pones circa finē lectōis. vel fm quodā posita est nūc. v3. qz si demfatio affirmatiua sit potior negatiua qz sit potior ducēte ad impole. Dicēdū qz hec pna vera est duplr. pmo qdem qz oīs demfatio ad ipole aliquo mō est demonstratio negatiua vel ipsā pponēdo vel ipsam ex datis ab aduersario assumēdo. vt si vellē pbare qz nullū. b. est. a. demfatione ducēte ad ipole vterer pponē negatiua ipsam pponēdo. si vero vellē pbare p talē demfationem pstrariā pponis assumptē. v3. omne. b. est. a. vterer ppositione negatiua data ab aduersario. v3. nullū. b. est. a. demonstratio ergo ad impole nunqz est immunis a negatione. si ergo demfatio affirmatiua est potior negatiua z ducēs ad ipole nō est oīno immunis a negatiōe pns est qz affirmatiua sit potior sic ducēte. z hoc idē p3 ex dicēdis. pbabit. n. i lectōe pnti qz demfatio oñsua puatiua sit potior ducēte ad impole. si ergo dicitis affirmatiua est potior negatiua z ex dicēdis negatiua est potior ducēte pns est qz affirmatiua sit potior ducēte. qz quicquid est potius vel dignius digniori est dignius minus digno. ¶ Deide cū dicit. (Oportet autē scire) pmittit qdā necaria ad ppositū. Circa qd duo facit. qz pmo facit qd dictū est. z circa ea que dixerat mo uet quandā canillationez z soluit. ibi (Nō enī si igit) Circa pnum quatuor facit f3 qz qtuor necessaria ad ppositū pmittit. nā pmo declarat quō habeat fieri demonstratio ostēsiua negatiua. z quō habeat fieri ducens ad ipole. 3. dat dīaz iter vtrāqz demfationē. 4. ex differentia data oñdit demfationē oñsua pcedere ex pōribus z notioribus. secūda ibi (Qd vero ad iposibile) tertia ibi (termini qdem igit) quarta ibi (Nō autē

## Posteriorum

prior) Dicit ergo (Oportet autē scire que sit dila ipsaz) .q.d. q̄ p̄mo p̄posuit banc veritatez q̄ dem̄stratio cathegorica. i. oñsiua p̄uatiua sit dignior ducente ad impole quod vt appareat o3 scire q̄ sit d̄ria ip̄a iter p̄uatiuam oñsiuā 7 ducentem ad ipole. et p̄mo describit qualiter habeat fieri ostensiuā p̄uatiua dicens (sit igitur. a. in nullo. b.) hec est maior. nullū. b. est. a. (in. c. autēz omni b.) hec est minor. omne. c. est. b. (necesse est ergo i nullo c. eē. a.) hec est cōclusio. nullū. c. est. a. 7 subdit q̄ (sic qui dē igit̄ acceptis) su. p̄missis (erit demōstratio p̄uatiua 7 demonstratiua). i. ostensiuā (qm̄. a. in. c. nō erit). q. d. q̄ hoc mō ordinādo sil̄m̄ cludif p̄ demōstrationē ostensiuā negatiuā. nullū. c. est. a. ¶ Deinde cū dicit (Que vō ad impole) oñdit quōd hēat fieri dem̄stratio ad ip̄osibile dicēs (Que vero ad ipole sic se h̄z vt si opus est demonstare) su. p̄ demōstrationē ad ipole (q̄. a. in. b. non sit accipiēdū i affirmatiuā a. i. b. eē) ista erit maior. oē. b. est. a. (7. b. i. c.) ista est minor. omne. b. est. c. (quare accidit a. i. c. esse. h̄ aut sit notū 7 certū q̄ ip̄osibile est esse) semper enī demōstratio ad ipole cōcludit cōclusionem manifeste falsā. ex cōclusionē manifeste falsa p̄bat oppo/ sitū p̄missē eē v̄z. vtputa si magis est notūz q̄ albedo nō sit nigredo q̄ nō sit color 7 gregatiuus si vellet p̄bare q̄ albedo nō sit color cōgregatiuus vel cōuersio. i. q̄ color 7 gregatiuus non sit albedo q̄reref ab aduersario vtz. b. sit. a. vel nō. i. color 7 gregatiuus sit albedo vel non. qd̄ si p̄cederet h̄ref itētū. qd̄ si negaret diceret da oppositū. accipiet ergo opposita. v3. color 7 gregatiuus est albedo. accipiet ergo alius terminus. c. i. nigredo 7 arguet sic. omne. b. est. a. i. ois color 7 gregatiuus est albedo. omne. c. ē. b. i. ois nigredo ē color 7 gregatiuus. ergo omne. c. est. a. i. ois nigredo est albedo. hoc aut est falsūz 7 ipole. ergo 7 illud ex quo sequitur. v3. q̄. b. sit. a. i. color 7 gregatiuus sit albedo. ¶ Dubitaret forte aliq̄. vtz semp̄ sil̄m̄ ad ipole debeat h̄ref cōclonē manifeste falsā. Dicēdū q̄ sicut nō p̄cedēt v̄z o3 illud v̄z declarare p̄ aliqd̄ verius. p̄pter qd̄ p̄missē debēt eē veriores cōclonē. sic si aliq̄ p̄cedat falsū o3 q̄ ipugnet ducentdo ip̄z ad aliqd̄ falsius. 7 q̄ i demōstratione ad impole semp̄ ex falsitate cōclusionis p̄bat eē falsitas i aliqua p̄missaz o3 semp̄ i omni tali demōstratōe q̄ conclusio falsior sit q̄ p̄missa. ideo dicit i textu q̄. a. eē in. c. i. q̄ cōclusum sit notū 7 certum esse ipole. ¶ Deinde cum dicit. (Termini qd̄) dat differētiā 7 ueniētiā inter v̄trāq̄ demōstrationē. d. q̄ (termini qd̄ igit̄ sil̄m̄ ordinantur). i. demōstratio oñsiua 7 ad ipole i hoc ueniūt q̄ v̄tro/ biq̄ termini ordinantur sil̄m̄. i. ordinantur debite fm̄ modū 7 figuraz sillogistica. 7 subdit q̄ (differt i quo qualis sit notior p̄uatiua p̄positio vtz igit̄ que. a. b. nō iest). i. vtz maior negat̄ (aut nō est. a. in. c.). i. conclusio. q. d. q̄ i hoc differt sil̄m̄ oñsiuus a sillogismo ad ip̄osibile. qz i vno accipit notior q̄. a. nō sit i. b. i. p̄missa. i. alio accipit q̄. a. nō sit i. c. i. cōclusio. ideo ait (cū igit̄ cōclusio notior est qm̄ nō est sit demōstratio q̄ est ad ip̄osibile. cū aut i sillogismo) sup. sit notior. i. cū sit notior p̄missa q̄ est (in sillogismo demōstratiua). i. ostēsiua est. f. demōstratio. ¶ Notādum aut q̄ vt patere pōt ex terminis p̄signatis. vtputa si magis sit notū q̄ nigredo nō sit albedo q̄ q̄ color cōgregatiuus non sit albedo. sigs vellet p̄bare q̄ color cōgregatiuus non sit albedo posset hoc p̄bare oñsiue 7 ad ipole. sed p̄bādo ostensiuē acciperet p̄missam notiorē i veritate. p̄bādo ad ip̄osibile cōcluderet cōclusionē notiorē i falsitate. Argueret enī ostensiuē sic. nullū. b. est. a. i. nulla nigredo est albedo. omne. c. est

